



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Qui dicantur fideles

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

fidele quid faciam quàm fidelem? Nec intelligo quo pacto infantes sint fideles, qui rationis usu carent.

IOIADA. Nos uero in hoc negotio de fidei sic loquimur, ut infantes e fidelium numero non exclu- damus, quandoquidem dei sunt infantes, quos deus semper in ecclesiam suam inter fideles recensuit.

SIMON. Hæc probare oportuit, quemadmodum ego diuersum iam probaui.

IOIADA. Iam proba- bo. In decimosextimo capite Geneseos, ubi deus cum Abrahamo foedus sancit, peculiariter pueros sub foede- dere comprehendit. Dicit enim: Ero deus tuus & semi-

nis tui post te. Præcipit deinde ut infantes octauo die circumcidantur, & signum testamenti accipiant. Ex quo consequitur, Deum non tantum adultorum, qui credere possunt deum esse, sed etiam infantum qui per ætatem credere nondum possunt. Hi enim ex gratia & promissione in foedus et in numerum fidelium ac- censentur.

SIMON. Nihil moror uetus Iudæo- rum testamentum, abolita sunt uetera illa per euan- gelium.

IOIADA. Per Iesum Christum cere- moniæ sublatae sunt, & figurae impletæ. Foedus uero cū Abrahamo ictum non desijt. Alioqui deus non esset deus noster, nec seminis nostri deus, essetq; nobis per Christum inclemētior factus & magis alienus, quàm ueteribus ante Christum. Quod uel cogitare absurdum est, ne dicam impium: præsertim cum in nouo quoq;

Qui dicantur fideles.

Pueri fideles sunt & in ecclesia dei membra